



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Summa Casuum
Conscientiæ, Sive De Instructione Sacerdotum Lib. VII**

Toledo, Francisco de

Coloniæ Agrippinæ

11. Quotuplex sit istud officium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40916

Dei est laus, dicitur officium diuinum. Dicitur etiam hora canonica, à tempore, in quo fit ista laus: quia enim canones determinant certa tempora, & horas, quibus determinatæ laudes Deo sunt dandæ, ob id ipsa laus hora canonica dicta est.

Quotuplex sit istud officium.

CAPVT XI.

Septem horæ canonice constitutæ sunt. Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, & Completorium. Est enim numerus septenarius perfectus. Septem enim sunt ætates hominis, quibus omnibus Deus est laudandus: Infantia, Pueritia, Adolescentia, Iuuentus, Virilitas, Senectus, Decrepitudo. Septem mundi ætates: septem dona Spiritus sancti: septies cadit iustus: septies Dauid laudabat in die Dominum: septies etiam a nobis petit sic laudari. Diuiditur in duas partes horæ canonice, in diurnas, & nocturnas. Nocte enim, & die laudare Dominum debemus, cum ab eo continue bona accipiamus. Horæ nocturnæ sunt, Matutina: Matutina enim, quæ aurora est, sumitur pro tota nocte per Synecdochem. Diuidebatur olim nox in quatuor quartas. Singulæ tribus horis constabant, incipiebantque ab Aue Maria noctis, scilicet post Solis occasum, (In Italia ex vigesima quarta) Et dicebantur istæ quartæ Vigilia noctis. Prima vigilia durabat per tres primas horas, quibus finitis, incipiebatur Matutinum, quod est diuisum in tria nocturna: & primum dicebatur in secunda vigilia, quo finito, ille ibat cubicum, & alij surgebant. Tertia vigilia scilicet mediâ nocte, & dicebant secundum nocturnum. Alij vero surgebant pro tertio, in quarta vigilia. Quibus finitis, pulsatis campanis, dicebatur, *Te Deum laudamus*, & tunc omnes adorant similiter cum laudibus. Nec mireris, quod singula nocturna durabant tres horas, quia dicebatur nocturnum diei, Diuæ & beatæ Virginis, & mortuorum. Diebus sollempnibus adesse solebat populus secundo, & tertio nocturno cum laudibus, modo iam non est in vsu, sed vnico tractu dicitur ab omnibus ministris; quamuis varij sint modi. Aliqui in secunda, aliqui in tertia vigilia dicunt. Horæ verò diurnæ statim dicebantur.

Erat enim dies in alias quatuor quartas diuisus, & in prima primæ quartæ dicebatur Prima: in principio Secundæ Tertie in principio tertie, Sexta. Quando erat iam merides dicebatur Sextam, & Primam, dicebatur sacrum solenne. Post prandium Nona, post Nonam Vesperæ, & Completorium, cum iam erat nox. Et sic totus dies in diuinis laudibus agebatur. Significat autem istæ septem horæ Christi passionem. Matutina significat, cum in horro fuit à Iudæis comprehensus, & ligatus. Prima, cum in domo Caiphæ fuit alapis caesus, & scouris scedatus. Tertia, cum fuit lata mortis sententia. Sexta, cum cruci affixus. Nona, cum mortuus, & eius latus lancea aperit. Vesperæ, cum depositus de cruce. Completorium, cum repositus in sepulchro. Quæ omnia antiqui his versibus, vti in memoria in hæcant, descriperunt.

*Matutina ligat Christum, qui crimina purgat,
Prima replet sputis, dat causam Tertia mortis.
Sexta cruci nequit latus eius Nona bipertit.
Vespera deponit, tumulo Completa reponit.*

De obligatis ad diuinum officium persoluendum.

CAPVT XII.

Quatuor sunt genera personarum, quæ tenentur officium persolvere: clerici, beneficiati, monachi, moniales. De singulis per se oportet tractare.

In primis, Non quilibet clericus tenetur recitare diuinum officium, nisi sit subdiaconus, vel diaconus, vel Sacerdos, cum si beneficium non habeant, e. dolentes de celebr. miss. Quoties in minoribus est constitutus, neque beneficium habet, tenetur recitare horas canonicas; quamuis Panorm. ca. de celebr. miss. nu. 6. contrarium sentiat, ac communis opinio, respicmet faretur, contrarium docet, quæ est tenenda, cum non sit tex. aut ratio, quæ faueat Panorm. & consuetudo facit pro communi opinione.

Secundo, recitare tenentur, qui beneficium habent ecclesiasticum, etiam si clerici simplices sint, & solam tonsuram primam habeant: ita habetur d. 42. can. fin. & Panorm. ca. dolentes, de celebr. miss. n. 4. affirmat in eo omnes conuenire. Per beneficium autem intelligo quemcumque redditum ecclesiæ

ficium